

A pore consilium mutati sunt. Quidam ex eis mane, cum Danice excubia jam se recepissent, incensa navicula, praetoriani regis navim adveniunt: vigilum regionum specie regis colloquium possunt, velut magnam rem allaturi. Rex arbitratus esse suos excubitores, autem admoturus, peccatore tenus sese inclinans, statim rapitur in scapham, & ore oculo, taeto remigio abducitur, priusquam arma quisquam expedit per tenebras. Ita tertio captus rex, Julinum perducitur: manifesta illum vindicta persequente, quod in parentem impius, & in Deum esset sacrilegus. Danorum femina locupletis, ipse de suis ornamentis aurum contulerunt pro illius redemptione. Ille redemptus, legem de successione foeminarum maribus exaquivit. Svecico inde bello victus, ad Norvagiam regem confugit, sed ab eo contemptus, sensit cum fortuna mutatos amicos. Angliae regem adit: sed speculator potius quam exul habitus, cum contumelia dimititur. A Scotic regis per septennium hospitaliter habitus, ad se reversus, Christi religionem ex animo complexus, votum fecit, si unquam sibi reditus esset in patriam, ipsius propaganda. Nec multo post revocatus in patriam, fidelis permansit Christianus. *Crantz. lib. 2. Vand. cap. 34. ex Saxo. lib. 10.*

Moravi, qui a Francis subacti erant, & ad fidem Christi conversi, ipse recuperanda libertatis praesinae arma capiunt: ac religione abjecta, Ungaros sibi adiungunt, & more eorum capita prorsus detondent: Christianos infelitos captivitate, eade, fame, siti, cruciant, Ecclesiam incendunt, adeo ut in tota Pannonia una tantum superesset Ecclesia. *Theodorus Iwanensis, & Fuldo Frisingensis, & alii Bavariae Episcopi in epistola ad Joannem IX. Pont. max. in fine.*

Bulgavorum regis Trebelli Filii, qui patri (qui primus Christianum religionem amplexus fuerat) monasticum vitam genis ingresso successerat, a fide deficiens, idola ac religionem ethnicam infaturare cepit. Pater ex monasterio egressus, copias congregavit, filium impium cepit, oculisque orbatum, in carcerem conjecit, anno Domini 865. *Sigeb. Zonaras tom. 3. Reg. lib. 2.*

Julianus Imp. ut scribit *Greg. Nazianz.* ex abdicatione Christiani cultus imperium auspicatus est, cum scilicet sanctum Baptismum, quod ante viginti annos religione Christiana initiatus susceperat, abstergere a se & abolere penitus conatus est. Haec autem narantur his verbis: Vix enim imperii haereditatem adire acceperat, cum impietatem palam liberique profiteretur, perinde atque hoc nomine erubescens, quod Christianus aliquando fuisset, ac ea de causa Christianis successus, quibus nominis societate junctus fuerat. Atque hinc quidem facinora sua auspicatur, quemadmodum narant, qui ipsius arcanis gloriautur. Proh superi, in quos sermones incurrere cogor! Impuro & nefario sanguine lavatum extergit, initiationi nostrae execrabilem initiationem opponens, sus videlicet in ceno provoluta (ut est in proverbio) manusque suas profanat, ut nimirum eas ab incruento illo sacrificio, per quod nos Christo ipsiusque passionibus & divinitati communicamus, elueret ac expurgaret. Haec Gregorius de Apostasia illius solemniter facta, cum sanguine victimarum putavit deleri potuisse signaculum, quod sacrum baptismum imprefferat, eodem manus illas abluere, quibus sacram Eucharistiam, ori eam admoturus, acceperat; moris enim fuisse in Ecclesia olim, ut communicantes manus fumerent a sacerdote oblatam Eucharistiam, eamque ori suo admoverent, ex historiis manifestum est. Hic autem in bello contra Persas gesto occisus fuit, & communi etiam caruit sepultura, eodem *Gregor. reffe in laudibus Athanasii. Greg. Nazianzenus oratione 1. in Iulianum, Prudent. perisseph. hymno 10. Baronius tom. 4. ann. 361.*

Fuit quidam Thesalonicae Archiep. Thallalus nomine. Hic neque Deum timens, neque paratam retributionem expavescens, conculcavit Christianum dogma, ac sacerdotalem honorem & dignitatem spernens, invenus est pro pastore lupus: abnegans quippe sanctam & substantialem Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, idola infelix adorabat. Quem il, qui tunc Ecclesiam praesert, communi decreto damnarunt, ac de sede sua deturbarunt. Paucos post tempore nequam ille omni scelere, & impietate plenus, voluit ad sacerdotalem dignitatem remeare. Quia ergo juxta sapientissimum Salomonem, omnia obediunt auro, revocatus est in regionem suam: erat enim Constantinopoli. Sed omnipotens Deus Ecclesiam suam non desepit: Cum enim quadam die ille processurus esset cum superbo ornatu, ut ad Imperatorem pergeret, sacerdotumque decretis illorum iterum remearet, pupugit

illum ventus, ut pergeret ad necessaria natura: cum vero Esecrerum locum ingressus esset exonerandi ventris causa, manseritque intris duas jam aut tres horas, neque revertetur ad suos, ingressi sunt quidam ex his, qui illi assistebant, ut jam illum debere ingredi monerent; inveneruntque infelicem illum capite dorsum, ubi egerebantur stercora, demersum, pedibusque sursum erectis. Erigentes autem invenerunt extinctum horribili & aeterna morte. *Sophronius in Proto cap. 34.*

Heronem illum Thebis Aegyptiis ortum, qui Episcopus creatus, casu quodam ad Graecam superstitionem defecerat, subito putrida invasa agritudine, quae totum illum corpus de pasta, abominationem eum omnibus reddidit. Quapropter rebus omnibus desperatis, in viam est projectus, nullam prorsus a quopiam misericordiam consequens. Christiani namque perinde atque piculum omnibus modis eum sunt averfati: Graeci autem haec tenent tantum eum, quod se errori & fraudi eorum subiecisset, agnovissent: & Heron quidem acerbissime & misericenter ista via excessit. *Niceph. lib. 10. hist. Eccl. cap. 20.*

Quae de Luciano Samosateno a Svida literis commodata sunt, simul atterere opportunum est: sic enim ait Luciano Samosateno cognomento, blasphemus five maledicus, atque inauspicatus, ac potius impius, quod in Dialogis divina oracula pro ridiculis inducit, fertur sub Trajano & ante eum fuisse. Initio concionator Antiochia fuit, Quae res cum male cessisset, se ad scribendum contulit, scriptique infinita. Interjisse fertur a canibus, cum rabiem suam contra veritatem exercuisset. Nam in peregrini veste perstringit Christianissimum, & ipsi Christo maledicere homo sceleratus. Itaque furoris il, & in hac vita iustas penas dedit, & in futura aeterni ignis cum fatana haereditatem cemet. Haec Svidas. Quod vero ait, Antiochia fuisse concionatorem, inde complures existimant fuisse religionem Christianam, sed a sede apostatam, in eandem esse fuisse grassatum. Sanè ex ejus scriptis dignoscitur res Christianas apprimè calluisse. *Ex Svid. Baron. tom. 2. Annal. ann. Christi 171.*

S. Cypr. ser. 5. de lapsis: Ecce, ait, eorum, qui negaverunt (a pietate praevariicati fuerunt) quae supplicia concipimus: quos eorum tristes exitus flemus? Nec hic esse sine poena possunt, quamvis necdum dies venerit poenae. Plebuntur in inferis quidam, quo ceteri corrigantur: exempla vult omnium tormenta paucorum. Unus ex his qui sponte Capitolinum negaturus ascendit postquam Christum negavit, obmuit. Poena inde cepit, unde cepit & crimen, ut nec rogare jam posset, qui verba ad precandam misericordiam non haberet.

Alia in balneis constituta (hoc enim criminis ejus & malis deat, ut ad balnea statim pergeret, quo lavacri vitalis gratiam perdidisset) illic ab immundo spiritu immunda correpta cecidit: laniavit dentibus linguam, qua fuerat vel pasta impie, vel loquuta: postquam sceleratus cibus sumptus est, in perniciem suam rabies oris armata est: ipsa sui carnis extitit, nec diu superesse postmodum potuit, doloribus ventris & viscerum cruciata defecit. Praesente ac teste meipso accipite quid eveniret. Parentes forte fugientes, dum trepidi minus sibi consulunt, sub nutrice alimento parvulam filiam reliquerunt, relictam nutrix detulit ad magistratum. Illi ei apud idolum, quo populus confuebat, quod carmen necdum posset edere per etatem, panis mero mixtum, quod H tamen & ipsum de immolatione perentium superaret, tradiderunt. Recepit postmodum filiam mater. Sed facinus puella commissum tam loqui & indicare non potuit, quam nec intelligere prius potuit, nec arceri: ignoratione itaque obreptum est, ut sacrificantibus nobis eam secum mater inferret. Sed tum puella mixta cum sanctis, precis nostrae & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis aestu cepit fluctuabunda jactari, & velut tortore cogente, quibus poterat indicis, conscientiam facti in simplicibus adhuc annis rudis animam fatebatur. Ubi verò solemnibus adimpletis calicem diaconus offerre presentibus cepit, & accipientibus ceteris locus ejus advenit, faciem suam parvula intinctu divinae voluntatis avertere, os labiis obduratis premere, calicem recusare. Praestitit tamen diaconus, & reluctanti licet de Sacramento calicis infunderet. Tunc sequitur singultus & vomitus: corpore atque ore violata (al. violato) Eucharistia permanere non potuit; sacrificatus in Domini sanguine potus de pollutis visceribus erupit. Tanta est potestas Domini, tanta majestas; secreta tenebrarum sub luce

A luce detecta sunt, sacerdotem Deinet oculita crimina sefelerant hos circa infantem, quae ad loquendum alienum circa se crimen necdum habuit aratam. Ad verò ea quae etate probe dca, & in annis adultioribus constituta, sacrificantibus nobis obrepit, non cibum, sed gladium sibi sumens, velut quaedam venena lethalia, inter fauces & pectus sanguine admittens, angli, & anima aestuante concludi postmodum cepit, & pressuram non jam persecutionis, sed delicti sui passa, palpitans & tremens concidit. Impunitum diu non fuit nec occultum dissimularum conscientiae crimen: quae sefellerat hominem, Deum sensit ultorem. Et cum quaedam arcam suam, in qua Domini Sanctum fuit, manibus indignis tentasset aperire: igne inde surgente deterrita est, ne audeat attingere. Et alius, qui & ipse maculatus sacrificio a Deo celebrato, partem cum ceteris ausus est latenter accipere Sanctum Domini edere, & contractare non potuit, cinerem fetre se, aperitis manibus invenit. Documento unius ostensum est, Dominum recedere, cum negatur, nec immentibus ad salutem prodesse quod sumitur, quando gratia salutaris in cinerem, sanctitate fugiente, mutetur. Quam B multi quotidie penitentiam non agentes, nec delicti sui conscientiam confitentes, immundis spiritibus adimplentur? Quam multi usque ad insaniam mentis ex cordes demeritis furore quatuntur? Nec necesse est ire per exitus singulorum, cum per orbis multiformes ruinas tam delictorum poenam, cum per varia, quam delinquentium multitudine numerosa, Unusquisque consideret, non quid alius passus sit, sed quid pati & ipse mereatur. Nec evasit se credat, si eum interim poena distulerit, cum timere plus debeat, quam sibi Dei judicis censura servavit, &c. Haeuque S. Cypr.

Marcellinus scribit de Potamone, quod cum a fide Catholica defecisset, & praedio ob egregiam impietatem a Fisco donatus esset, dum ad ipsum praedium invadendum ire festinat, divinum mox ultionem in via, obitu repentino praeventum, exceperit, Anno Christi 359. Addit de Florentio Episcopo, quod quia cum Arianis communicasset (licet minime subscripsisset concilio ipsorum) cum in conventu plebis sederet in throno suo, repente divina virtute in tertam elisus fuit, ac palpitans foras lublatus; ac cum vires iterum resumpisset, in thronum regressus, eadem quoque passus sit, & rursus foras ductus, ac tertio denique idipsum obstinate perterritans, tertio elisus, ora distortens miserè animam exhalavit.

Elpidium, ex Christiano factum desertorem, tempore Juliani apostatae, Anno Christi 362, infelicissimè diem exitum clausisset, auctor est Nicephorus lib. 10. cap. 29. dum ait eum bonis omnibus exutum, graveque artum as alias in carcere perpeffum, ut piper vitam finisisset, execrandum & detestandum ab omnibus judicatum.

Alius ante, Theocenus scilicet quidam, & ipse a nostra in Graecam religionem prolapsus, carne ejus omni putrida carie consumpta, vermium materia factus est, & oculis illorum moribus amissis, moriens per insaniam, quae eum corripuit, sua sibi dentibus concissa & devorata lingua, è gravibus tormentis ad longè deteriores majoreque cruciatus migravit. Sed & alii insuper talia quoque ausi, digna sceleribus suis tulere supplicia. Ejuscemodi multo eo tempore divinum Numen exhibuit miracula, commertas, istaque ab eis, qui impudenter & aperte veram pietatem oppugnarunt, penas exigens. Haec Niceph.

Vide in loco de Religione, ut est status hominis ad perfectionem Evangelicam tendentis, Tit. Particularem, de penis eorum qui ab eo apostatarunt.

Apostolus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Nomen Apostolus Graecum est, & generaliter idem quod Missus, vel legatus. Hinc & in forensi palatris pro literis dimissis usurpatur, & deducitur ab *apostata*, quod est remitto; ut *T. Livius*, Apostolos fregit in Senatu: vocantur autem ejusmodi literae Apostoli, quod acta causae a primo iudice ad secundum dimittantur, ut de causa institui possit. Sic *Modestus de verb. significat.*

Deinde Apostoli nomen extenditur ad omnes verbi divini Ministros. Ac communis usus vocis istius est, ut accipiat tantum pro primis illis Evangelii legatis, quos misit Christus ad praedicandum omni creaturae, & testificandum quod ipse esset Judex vivorum & mortuorum, testisque ef-

L. B. Theae. vit. Human. Tom. I.

sent resurrectionis ipsius, *Matth. 28. Marc. 16. Act. cap. 1. E. & 10.*

QUI, QUOT NUMERO? ET UNDE?

Christus, postquam in oratione pernoctasset, & dies factus esset, vocavit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit: Simonem quem cognominavit Petrum, & Andream fratrem ejus, Jacobum & Joannem, Philippum & Bartholomaeum, Mattheum & Thomam, Jacobum Alphaei & Simonem, qui vocatur Zelotes, & Judam Jacobi, & Judam Iscariotes, qui fuit proditor. In cujus locum & ministerium successit Mathias. *Luce cap. 6. Act. cap. 1.*

FIGURAE, ET TYPI.

Plures duodenarii hujus numeri causas, & Apostolorum 12. figuras praecessisse, varii Auctores tradunt. Si quidem duodecim fuere Patriarchae, qui religionem in populo Judaico propagarunt, ita ut testamentum utrumque hoc quasi do-decalylo, ut *Trenius* loquitur *lib. 4. cap. 38.* id est 12. columnarum numero, quos etiam B. Joannes per 24. Seniores videtur intellexisse, ut exponit eo loco Beda, fundatum sit.

Ludunt autem citati Auctores, primum in 12. fontibus E-lim. *Exodi cap. 15.*

2. In 12. lapidibus a Josue in Jordane electis. *Josue c. 4.*
3. In 12. lapidibus Rationalis. *Exod. cap. 28.*
4. 12. Lapidibus, è quibus construebatur altare. *Josue 4.*
5. 12. Lapidibus in fundamenta supernae Jerusalem conjec-tis. *Apoc. 17. 21.*
6. 12. Portis ejusdem civitatis. *Ibid. cap. end. vers. 12.*
7. In 12. Virgis repositis in tabernaculo. *Nam. cap. 17.*
8. In 12. Exploratoribus Terre promissionis. *Nam. cap. 13.*
9. In 12. Bobus sustentibus mare aeneum. *3. Reg. 7.*
10. 12. Vitulis ad sacrificium, aliique animalibus eodem numero. *Exod. 24. Num. 7.*
11. 12. Judicibus, qui mortuo Josue judicaverunt populum. *In lib. Judicum.*
12. 12. Acetabulis. *Num. 7.*
13. 12. Panibus propositionis. *Levit. 24.*
14. 12. Viris a Josue electis ad portandum Arcam. *Josue 4.*
15. 12. Adolescentibus offerentibus hostias pacificas. *Num. 7.*

16. Ducibus duodecim, qui in dedicatione templi Salomonis munera obtulerunt. *3. Reg. 18.*

17. 12. Tintinnabulis in veste Pontificis. *Exod. 28.*

18. In 12. fructibus qui per menses singulos 12. gignuntur. *Apoc. 22.*

19. 12. Cophinis fragmentorum, qui super fuerunt. *Matth. cap. 14.*

20. Stellis 12. in Corona sponse. *Apoc. 12.*

21. Coelis 12. tot enim peritiores Mathematici demon-strant.

22. In signis 12. Zodiaci. 3. mensibus 12. annis. 24. totidem horis diei. Quae omnia accommodato pioque sensu possunt de illis explicari. Atque id praestiterunt *Hieronymus in cap. 12. Matth. Iustinus in Thryp. Tertullian. lib. 4. cont. Marcionem: Augustinus in Psal. 59. Ambrosius serm. 24. & alii plures.*

De 12. Apostolis antiquum existat Epigramma *Honorii Romani Episcopi*, quod è manuscripto hic adiciamus: agit au-tem de Christi ad caelos ascensu.

Luce videt Christum, quem Petrus nocte negavit,
Et cecinit Dominum pergere ad astra suam.
Territus Andreas orat: Misere magister:
In regnum Patris collige discipulum.
Jacobus expavit hominem per nubila ferri:
Supponit scapulas; dat pia vota Deo.
Haeret ab aspectu tremulus per membra Ioannes;
Et turbatus adhuc sic stetit, su placat.
Quem sequitur te Christe, vocat sine voce Philippus;
Nim propectus ego liber & implicitus?
Bartholomae pedes Christi pendere tremisicis:
Et vis, si capias, tendere posse manus.
Thomas ex toto non dnm fatiatus amore,
Se palpate punit vulnera, membra, lacus:
Matthaeus mure similis per scripta locutus:
Nam timor invasit, nota aecere senem.
Jacobus Alphaei pallet sine morte sepultus,
Dans comites oculos, reddere quod potuit.
Hic stupet aeternus Simon, migrasse Tonantem,
Et fugit affectans fulgura velle pati

Hh
Matthias

A *Matthias, porte calorum infixus inheret, Omnium Christo teste ab illo putans. Iudas e cunctis corpus sine fronte levatus, Conspicit occisum vivere in orbe Deum. Benedictus Arias Montanus in humane salutis monument. Tub. 48. de legatione Apostolorum*
ita cecinit:
Seculorum prescripto ex ordine finem Certa Deo volentibus annis Tempora protulerant hominem, quoque magna per orbem Strata a seges matura jacebat: Agricolam jam cana suum cum terra vocaret, Et falcem expectaret acutam, Redderet ut fortis servandi ferris aristas, Et culmos quoque rursus inanes: Tunc Domini messis natus, summusque minister Orbis imago auctorque novandi, Selectorum operi tanto, duodena virorum Ora tenens, sic fatu amice: O mihi prechari comites, sociique laborum, Arcanique sacra via magni.
B *Non vos parvam anent discrimina vertere missos Terrarum moremque modumque, Quis maris horrosi fluctus ac dura viarum Sunt adeunda pericula sepe: Non ut Erit breas gemmas ostrumque superbum, Numerumque parentis aceruos: Sed magis, ut nudi atque inopes patriaque remoti, Vexati instabile que vagique, Vulpibus infestisque rapacibus, agni Imbellis blandaque columbe Sitis, lux tenebris nimiumque furentibus agris Fomentum medicique fideles. Ite igitur fortes, & me duce me aspice magni Consilium curate parentis. Athereas sperate & opes aternaque sedis Scepterame, & convivia mensae. Loca in quibus Apostolatus munere perfuncti fueret, brevi catmine expressit, & complexus est Venant. Honorius Fortunatus in Carm. de spe & gaud.*
C *Cis duodena senum concursat gloria varum, Attonito sensu plaudere, voce, manu. His venit Elias, illis in curribus Enoch, Et nati bino virgo Maria prior. Legis consulti Pauli comitante volatu, Princeps Romana currit ab arce Petrus. Conveniunt ad festa simul sua dona ferentes, Hi quorum cineres urbs, caput orbis, habet. Culmen Apostolicum radianti luce coruscum, Nobilis Andream mittit Achaia sum. Praecipuum meritis Ephesus veneranda Iohannem Dirigit, & Jacobus terra beata sacros. Lata suis votis Hierapolis alma Philippum, Producent Thomam munus Edessapum. Inde triumphante fert India Bartholomeum, Matthaeum, eximium Nadda fert alta virum. Hinc Simonem & Iudam, lumen Persae gemellum. Lata relaxato mittit ad astra sinu. Et sine rore serax Aegypti torrida Marcum, Luca Evangelia participante tuba.*

APOSTOLORUM ELECTIO, ET USQUE CAUSA, UBI ETIAM DE ELECTIONE IUDAE.

De Apostolorum electione tractat in Evangelio suo Lucas & Marcus, eaque facta colligitur a Janzenio cap. 31. Concordie, antequam Christus sermonem ad illos, & turbas eum expectantes habuit de octo beatitudinibus, postquam in montem ascendisset orare, immo in oratione pernoctasset, ut in mentem, quae multa erat, idoneos cooperatores Patet caelestis extruderet, docens, quanta sedulitate & circumspicione laborandum sit in deligendis ad munia Ecclesiastica ministris. Quod autem ex multis adeo discipulis suis, quorum, ut postea dicit, turbam habuit, duodecim elegerit, quos Apostolos nominavit, & constituit, quos & voluit peculiariter secum esse, hoc est individuos habere comites, & deinde mittere primum ad praedicandum Evangelium regni, cum potestate curandi infirmos, ejiciendi demones: praecipua causa esse videtur, ut sicut duodecim erant tribus po-

puli Dei, ad quem suos mittere voluit: sic ut essent duodecim, qui mitterentur, voluit Princeps duodecim tribuum Israel. Quamvis autem ad praedicandum tribubus Israel primum missi sint, sunt tamen etiam ad praedicandum postea gentilibus ordinati, idque in numero duodecim, idem conveniunt, quia duodecim tribus Israel, typus quidam erant totius populi Dei ex omnibus gentibus colligendi.

Sicut ergo per duodecim tribus designatus est universus Dei populus, ita duodecim esse conveniebant, qui primi essent auctores congregandi verum Israel, hoc est, quidquid ubique erat filiorum Dei. Sunt qui dicant, morem Judae fuisse in rebus gravius contentandis duodecim testes adducere. Sic ergo & Dominum ad contestandum Evangelium suum hos duodecim testes deputasse. Verum prior ratio satis subindicata est a Domino, cum dicit, Apostolos suos, veluti duodecim principes populi Dei, sessuros super sedes duodecim judicantes duodecim tribus Israel.

Quod si queratur, cur etiam Judam proditorem in numerum Apostolorum elegerit, maxime cum orationem praemisisset, qua, ut dictum est, precabatur electionem suam dirigere a patre, ut idonei essent qui eligerentur: dicendum, singularem id Dei dispensationem factum esse. Et secundum Theophylatum id factum est, eo quod pro illo tempore Judas bonus esset, & Apostolatus non indignus, ut dicamus, quod non propter futuram malitiam Deus quoenquam appetuit mala operaturum; sed propter praesentem virtutem etiam honorat, quem scit futurum malum. Verum incertum, an tempore electionis Judas fuerit bonus, an potius ipso principio malus, cum multo antequam de tradendo Domino Judas cogitaret, dixerit de ipso Dominus: Ego vos duodecim elegeri & unus ex vobis diabolus est.

Proinde omnia illa ratione, dicendum primo, idem a Domino factum, quia Patri vitium fuit, & in Scripturis praedictum, ut ab intimo suo discipulo in mortem traderetur. Secundo, ut ostenderet fieri non posse, quin in Ecclesia bonis mali sint permixti, nec ita nos cunctos esse posse in deligendis ad facta munia ministris, quin & eos aliquando deligamus, qui vel sunt mali, vel futuri sunt mali: ferendos tamen esse, donec ipsi se perdant, aut prodant: nec eos, quorum interest in Ecclesiam aliquos recipere, aut ad facta ministreria aliquem deligere, culpandos esse, si post expunctionem eorum quae humanitas illis patere possunt, ac preces ad Deum fusas, quidam delignantur fecerit, aut postea malitiam. Has duas rationes paucis complexus est Augustinus lib. 18. de civitate Dei, sic scribens: Habuit inter Apostolos unum, quo malo utens bene, & sua passiones impletet disposuit, & Ecclesiae suae tolerandorum majorum praebet exemplum.

Indicat & Ambrosius alias duas rationes electionis Judae, videlicet in commendationem Evangelicae veritatis, & in commendationem charitatis Christi erga nos, ac pietatis erga malos & hostes suos, dum illum sibi tam familiare fecit, a quo sciebat se morti tradendum pro salute nostra. Sic enim Ambrosius super Lucam: Eligunt & Judas non per imprudentiam, sed per providentiam. Quanta est veritas quam nec adversarius minister infirmat! Quanta moralitas Domini qui periclitari magis apud nos judicium suum, quam affectum maluit! Susceperat enim hominis fragilitatem, & adeo nec has partes recitavit infirmitatis humanae. Voluit deseri, voluit proditi, voluit ab Apostolo tradi, ut tui a loco desertus, si a loco proditus fueris, moderatè ferat tuum errasse judicium, petiisse beneficium. Haec ille.

XII. APOSTOLORUM TYPI ET FLORAE.

Duodenarius hic Apostolorum numerus per multas figuras in veteri testamento praefignatus est, videlicet per duodecim filios Jacob, per duodecim principes Israel, per duodecim fontes inventos in Helim, per duodecim adolescentibus offerentes hostias pacificas & holocausta post lectam legem Domini, per duodecim lapides in rationali Aaron, per duodecim panes propositionis, per duodecim exploratores missos a Moyse, per duodecim lapides, unde 3. Reg. 18. factum est altare ab Elia, per duodecim lapides sublatos de Jordane, per duodecim boves qui sustinebant mare aeneum, per duodecim iudices quorum meminit Liber Iudicum, qui praerant populo Israelico post Jesum Nave. Similes etiam sunt duodecim Apostoli adolescentibus illis duodecim, de quibus Exod. 24. Nam

A Nam praedicando Jesum Christum & hunc crucifixum, factamque holocaustum & hostiam pacificam pro electis, quo gratia sedes inter Deum & illos confirmatur, qui recipiunt se victores secundum legem Dei, ejuncti nostri sacerdotes, seu praesules fuere. Sunt & sicut gemmae quas in pectore suo vetus Aaron noster summus sacerdos gestavit, in ipsis & per ipsos declarans, verè se in pectore gestare omnem populum Israel charitate ineffabili, qua & pro eodem moti voluit. In novo etiam testamento numerus hic 12. Apostolorum designatus est per 12. stellas in corona sponsae per 12. fundamenta, perque 12. portas novae Hierusalem, quas in spiritu vidit Joannes.

EURUMDEM TITULUS. NOMINATIO & C. IN GENERALI.

Observandam est, Dominum novum horum delectorum ministerium novum etiam indidisse nomen, & id quidem convenientissimum, nimirum, quod non tam esse dignitatis nomen, quam officii, quodque & ipsos electos sui commonebat officii, & ipis populis, tanquam non suam, sed Dei, & Christi, a quo missi erant, gloriam querentes, neque a se ipsis praedicandi officium vendicantes. Apostolus enim Graeca dictio latine sonat idem quod missus nuntius.

Non tamen omnis nuntius ab aliquo missus, Graecis dicitur Apostolus, ut non tabellus, sed qui ore negotium agit, quod accepit in mandatis, quique ore aliquod nuntiat, qualem Latini Legatum vel oratorem vocant. Unde Paulus & Petrus se vocant Apostolos Jesu Christi, quia scilicet in mandatis habebant a Jesu Christo praedicare de ipso. Sicut autem nomen Episcopus, factum est ex uia Ecclesiastico nomen dignitatis: ita & nomen Apostoli ex hac Domini impositione factum est in Scripturarum uia dignitatis nomen, sicut & apud Athenienses aliquando nomen hoc fuit nomen principatus, cujus officium erat recitare atque curare intrinsecae classis. Nam verbum *ἀπόστολος*, unde derivatur *ἀποστολή*, significat cursum navis dirigere, & de dirigendis navibus disponere & constituere.

Apostolorum res praclare gestas in prima Evangelii praedicatione, eleganter & sedulo complexus fuit S. Lucas. De quo opere S. Hieron. Alind quoque edidit volumem (nempe Evangelia) quod Tit. ἁγῶνος Ἀποστόλων προηγοῦται, cujus historia usque ad biennium commemorantis Romae Pauli pervenit, id est, usque ad 4. Neronis annum: ex quo intelligimus in eadem urbe librum composivim.

Referat Lector in hunc locum ea quae de Apostolis, eorumque praedicatione dicuntur sub loco Doctorum, Praceptorum, & c. Eorum vero mors & martyrium per antur ex loco martyrum.

*** Apparitio.**

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Apparitio idem est quod ostensio, visio, manifestatio, ab apparere. Graecè *ἐπιφάνεια*. Dicitur autem apparitiones, manifestationes factae praeter ordinem naturae, habentque locum in spiritibus, quando illi hominum obtutibus se certo modo insinuant dicuntur alio nomine visiones. **GENERA VARIA.** Triplex apparitionum genus *scilicet* consistit, quarum una corporalis, altera spiritalis sive imaginaria, tertia intellectualis dicitur. Duabus prioribus spiritus alienas formas mutantur, quibus se sensibus ingerunt. In tertia fieri potest ut se ipsis mentem occupent, estque haec divinum, & rarius contingit. Corporibus illa apparitio, visus & auditus praecipue, aliquando etiam aliorum sensuum fit ministerio, semperque contingit hominibus vigilantibus, & spiritibus se sub corporis formis exhibentibus, aut certe vehementer sensuum immutantibus. Imaginaria verò accidit, nunc vigilantibus, nunc sopore pressis spiritibus non tam se aliena specie insinuantibus, quam vi ipsorum ideas in hominis imaginatione formantibus, & excellentiori quodam modo, quam in illa corporali, nobiscum agentibus.

Sapissimè tamen evenit, ut haec duo genera confundantur, ut scilicet se sensu aliquo externo percipiendos offerant, & quasi hominem excitent Spiritus; atque statim deinde tota *L.B. Theatr. vit. Human. Tom. I.*

tam imaginationem, sensu relicto, occupent. Cuius rei exempla in probatissimis historiis quamplurima licet observare. Quae verò in somnis contingunt apparitiones, non unius generis sunt omnes. Quaedam Oracula dicuntur; quaedam visiones; quaedam somnia. Oraculum est, cum in somnis gravis quaedam persona apparet, & quid eventurum, aut non eventurum, quid faciendum, aut omittendum annuntiat. Visio, cum id quod quis videt, eodem modo, quo apparuerat, evenit. Somnium est figuris tectum, & sine interpretatione intelligi non potest.

Et licet omnes has spirituum, quibus humanis rebus interserunt, atque nobiscum agunt, communionem, apparitiones dicere possimus: in illas tamen magis hoc nomen quadrare videtur, in quibus ipsi se sensibus externis, & maxime uti ingerunt, a quo etiam habent, quod visiones dicantur. Tunc deinde proximum sibi locum vendicant, quas imaginarias vocamus.

Potè ad corpoream visionem oportet, praeter speciem concurrat opus externum, aut certe vehementissima sensus, alia quidam ratio, immutatio. Oportet, quodam modo corpori se spiritus uniat, & non ut tectò tantum afflatur. Oportet, ita veniat, ut & operatio corporis spiritui, & nomen spiritus ipsi corpori quodam modo possit attribui. Imaginaria paucioribus est contenta. Paucissimis illa, quam intellectualem vocamus. *Vide D. Thom. 1. par. q. 51. art. 2. ad 2.*

*** APPARITIONES DEI ET ANGELORUM. EX SCRIPTURA.**

Ante peccatum loquutus est Dominus ad Adam, post peccatum ad Adam & Evam, & ad Serpentem. Cain etiam ante fratricidium, & post durè arguit eum. *Gen. 2. & 4.*

Noe praecipit Dominus, ut faceret arcam, deinde, ut ingrederetur in eam. Et post excitationem terrae, praecipit ut egrederetur de arca. Deinde benedixit Dominus Noe & filiis ejus, & dixit ad eos: Crescite & multiplicamini. *Gen. 6. 7. 8. & 9.*

Dixit Dominus ad Abraham: Egredere de terra tua & de cognatione tua. Eodem cap. Apparuit Dominus Abraham, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. *Gen. 12.*

Post captivitatem & liberationem Loth, proximo cap. Apparuit ei Dominus, & dedit ei praecipuum circumcissionis. *Gen. 14. & 15.*

Apparuit ei tres viri, & c. Tunc audivit certum tempus filii nascituri. *Gen. 18.*

Venerunt duo Angeli, sedente Loth in foribus civitatis: qui cum vidisset eos, surrexit, & ivit obviam eis, & adoravit eos. *Gen. 19.*

Venit Dominus ad Abimelech pro somnium, & ait illi: En mortis propter mulierem quam tulisti, habet enim vitium. *Gen. 20.*

Cum durè accepisset Abraham verba Saræ, conquerentis de ancilla & filio ejus, dixit ei Dominus: Non tibi videatur asperum super puerum. *Gen. 21.*

Apparuit Angelus in deserto Agar ancillæ & filio. *Ibid.* Tentavit Deus Abraham, & dixit ad eum: Tolle filium tuum, & c. Et postquam extendisset gladium, ecce Angelus Domini, & c. *Gen. 22.*

Apparuit Dominus Isaac in Gerara, ac postea in Bersabee, dicens: Ego sum Deus Abraham patris tui, & c. *Gen. 26.*

Apparuit Jacob multoties, cuncti ad Laban *Genes. 28. & redeunt cap. 27.* ubi etiam dixit Laban in somnis: Cave, ne quicquam asperè loquaris contra Jacob. Et post loquutus est Dominus pluries ad Jacob. *Gen. 28. 31. & 32.* Quoties apparuerit Moysi, & loquutus fuerit, nimis longum esset dicere: videatur *Exod. 3. 3. & seq. in lib. Exod. per totum.*

Legitur quoque Dominus fuisse loquutus Balaam dormienti, & eidem sedenti super Asinam, quae vidit Angelum quem Balaam non vidit. *Num. 22.*

Pluries etiam loquutus est Dominus ad Josue, sicut apparuit *Josue 1. 4. 5. 7. & 13.*

Post mortem Josue consuluerunt filii Israel Dominum dicentes: Quis ascendet ante nos? Dixitque Dominus: Judas ascendet. *Jud. 1.*

Ascendit Angelus Domini ad locum stentium, & ait: Eduxi vos de Aegypto. *Ibid. 2.*

Venit Angelus Domini, & apparuit Gedeoni, & ait: Dominus tecum. *Jud. 6.*